



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Convulsio Calvniarvm Vlrichi Veleni Minhoniensis,  
quib[us] Petru[m] nunq[uam] Romæ fuisse caullatur**

**Fisher, John**

**Antvverpiae, 1522**

Tertiae Calvniae Svmma.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35690**

ductione, cui in hac parte ERASMVS nihil derogat,  
 hic sequi malo. Quid restat igitur dicere, q̄ Petrū ad no-  
 nū vsq; Claudij annū Romam non venisse? Qui enim il-  
 lac venire tunc potuerit, cum ceteri oēs cum Iudæi, tum  
 Christiani inde pellerentur, & in tantum stomachare Ro-  
 ma? Qui si posthac Romam aliquādo venerit, ac viginti  
 quinque illuc delituerit annis, Vespasiano eius imputaretur  
 martyrium, quod de tam benignissimo erga omnes princi-  
 pe credere nephas est, & nemo est omnium, qui hoc affir-  
 mare audeat.

### TERTIAE CALVMNIAE SVMMA.

**C**laudij temporib⁹, circiter annū imperij eius nonū,  
 eieci sunt ab vrbe Iudæi, simul & Christiani, qd' ex  
 Tranquilli pariter & Orosij constat historijs, vna cū  
 Apostolorū actis. Testantur enim acta, Priscillam, & Aquilam,  
 qui non Iudæi modo, verum etiam Christiani fuerūt,  
 Roma per Claudium expulsos fuisse, quibus & se cōmen-  
 dat Paulus, semel ad Timotheum scribens. dū Roma pul-  
 si diuersarentur in Epheso, atq; iterū quum scribit ad Ro-  
 manos, illis tum Romam ab exilio reuersis. Non potuit  
 igitur ante nonum annum Claudij, Petrus venisse Romā,  
 vnde Iudæi simul & Christiani pellebantur, quum palam  
 sit Priscillam & Aquilam & Iudæos, & Christianos fuisse.

Actuum, xvij.

ij. Timo, vlti.

Roma, vltimo

### RESPONSIO.

**R**espondemus, q̄ hac Calumnia nullius omnino mo-  
 menti est, atq; id quidem plariscq; nominibus. Pri-  
 mum, quia fieri potuit, vt quanquam aduersus Iudæ-  
 os atq; Christianos edictum eiusmodi fuisset promulga-  
 tum, vt Petrus, vel amicorum fauore, quemadmodum fe-  
 re fit in eiusmodi negocijs, vel quia mortem nō metuisset,  
 Romæ nihilominus contineretur. Deinde, nec Tran-  
 quilli verba vidētur aliud quicquam efficere, quam q̄ im-

Hæc Calumnia  
 quatuor rōni-  
 bus cōfutatur,  
 Prima,

Secunda,